



21  
Bl. 89







AD  
 NOBILISSIMUM CLARISSIMUMQVE  
 DOMINUM  
**DN. DEKARDVM**

PATRIAM. DEMIGRANTEM  
 INSCRIPTIO VALEDICTORIA  
 QVA. SE. DE MELIORI NOTA. COMMENDANT  
**CONVICTORES**

---

VITTEMBERGAE  
 PRELO HORNIANO.

[1742]

Mr.



Vi. Nolit. Effē. Felix. Nemo  
Qvi. Ut. Oportet. Velit. Rarisſimus  
Geminae. Sunt. Alae. Qvibus. Attollimur  
Una. Praeciſa. Mergimur  
Edita. In. Tempa. Vix. Eluctamur  
Natalium. Eſt. Praeſes. Secundorum  
Amica. Geminis. Bimater. Felicitas  
Geminos. Colit. Parentes  
Virtutem. Et. Sapientiam  
Filiam. Ut. Habeas  
Ne. Sperne. Matres  
Dum. Copiam. Cum. Lacte. Fundunt  
Accurre. Ad. Ubera. Et. Bibe  
Agiles. Simus. Oportet  
Facile. Mobiles. Imo. Fortes  
Ut. Seqvi. Vehentis. Ductum. Qveamus  
Igneis. Se. Admiſcet. Animus  
Plumbeos. Averſatur. In. Comitatu  
Dux. Adeſt. Et. Viam. Praeit  
Noſtrum. Eſt. Veſtigia. Premere  
Hac. Aurigante. Abrupta. Vincimus. omnia

Ita

Haut. Natum. Effē. Nihil. Erit.  
A. Bonis. Edi. Naturae. Beneficium  
Ad. Virtutem. Naſci. Omne. Punctum  
Fiant. Alibi. Virtutem. Sectatores  
In. Hungaria. Etiam. Naſcuntur  
Haec. Dum. Legis. In. Imagine  
Ad. Te. Eclypon. Reſpice

Ma-



Matres. Qvi. Honorasti  
Filiam. Qvam. Duces  
Doctisf. Dne. Dekarde  
Fautor. Illico. Optande  
Gratus. Enim. Statuisti. Filius  
Soli. Infervire. Patriae. Matri  
Hinc. Fundamenta. Servitutis  
Qvam. Servires. Iecisti  
Fuiſti. Haectenus. Extra. Patriam  
Sed. Nunquam. Extra. Te  
Repetis. Relictam. Non. Desertam  
Credidiſem. Oblaturam. Tibi. Praemium  
Si. Novi. Honores. Eſſent. Praemium  
Expectat. Ita. Qve. Patria. Suum  
In. Oris. Olim. Exteris. Viventem  
Gratulatur. Sibi. Religio  
Impenſe. Gaudet. Pietas  
Exultat. Honeſtas  
Triumphat. Scientia  
Aſt. Dolet. Tuum. Abitum. Leucorea  
Nos. Deploramus. Sed. Bona. Vaticinantes  
Ut. Sortis. Fauſtae. Tibi. Lucrum. Cadat  
Ut. Qve. Indemnis. Attingas. Portum  
Ut. Vivas. Bene  
Nam. Vita. Tua. Meritum  
Ut. Vireas. Pulchre  
Nam. Vigor. Virtutis. Tuae. *Κετνήριον*  
Ut. Floreas. Optime  
Etenim. Prodes. Patriae

Sed



Sed. Ne. Praeteri  
Bonae. Spei. Promontorium  
Viator. Felicissime  
Spes. Nempe. Ut. Alit. Homines  
Sic. Mentis. Animat  
Gradere. Vero Gradere  
Gradum. Tuum. Doctis. Dekarde  
Dirigente. Ita. Numine  
Favente. Phoebos.  
Poscente. Scientia  
Urgente. Patria  
Gradere. Fungere  
Munere. Remunerante  
Luce. Stipatus. Luce  
Fias. Satelles. Ingenuus  
Non. Ore. Sed. Corde  
Non. Verbis. Sed. Factis  
Non. Habitu. Sed. Actu  
Non. Specie. Sed. Re  
Non. Umbra Sed. Vita  
Facilius. Enim. Per. Pietatem. Delinqvunt  
Qvam. Per. Eam. Recte. Faciunt  
Sed. Abeundum. Est  
Ergo matura: Sit duxque comesque JEHOVA,  
Ille tuos gressus dirigat atqve beet.  
Aligeri, tuto, multi Te, tegmine, cingant:  
Esto abitus tristis, laetior ast reditus.  
Sis memor et nostrum quando Tibi prospera multa  
Evenient: prosper vive valeque diu.

Ung VI 4

(x 2743293)



U 17  
U 18









AD  
 NOBILISSIMVM. CLARISSIMVMQVE  
 DOMINVM  
**DN. DEKARDVM**  
 PATRIAM. DEMIGRANTEM  
 INSCRIPTIO. VALEDICTORIA  
 QVA. SE. DE. MELIORI. NOTA. COMMENDANT  
**CONVICTORES**

VITTEMBERGAE  
 PRELO HORNIANO.

ici Leutchovia Hungar.  
 S. S. Theol. & Phil. C.

acquiratur  
 Dekard. Semp. Hungar.  
 S. S. Theol. & Phil. C.

